

Vg
2314



11. 19

5



H. 198 (35)

20²/1518

III, 754

E. al. III, 14.

**Sermo de virtute excoicationis Fratri
 Martino Luther Augustiniano
 a linguis tertius tandem
 euerberatus.**

Vg
 2314



Lipsi impressit Wolfgangus Monaceni. 1518.

al. ed. Lips. 1519. Sc. M. 36.

16. Aug. 1518



J. Martinus Luther pio Lectori Sal.

Magna vere gratia mihi a domino nostro Jesu Christo colata videtur / vt verba mea solius / tam ingrata et odiosa sint multis / Deinde nescio in quot hereses (ceu prothei quidam essent) secunda pene lingua transforment. Et nisi idem ipsi domino nostro Jesu Christo / Apostolisq; omnib; atq; pphetis contigisse scirem / iam dudum desperans / silentiū essem / Nūc vero cum urgeat officii mei necessitas / eo nitor / q; magis obediendū est deo / q; hominib; / paratissimus officii et titulum docendi relinquere / Si ita placet maiorib; Eccle (id est christo) Sin retinendū est / dent veniā et boni consulant / qui volent / mei studii erit / omnib; viribus sudare / vt Christ; / Christum / Christo nunciet / et audiat / Hec cōmemoro / pie mi lector / q; sermonē quendā de excommunicatione / feci ad populum Quittenbergensem / cuius vt ego prope sum oblitus / ita aduersarii miseri / sunt plus q; oportet / memores / interpretesq; rigidissimi / ne dicam iniquissimi / dabo itaq; operam / q; tum sufficit memoria / vt sensa / si non verba totius sermonis / omnia in publicū exponam / vt probem / ea me docuisse quorum neq; me peniteat tractatorē / neq; pium auditorem / quid aut amici mei paraphrasi / aut pseudophrasi sua fecerint / aut faciant / Det dominus / vt aliqui videant et ipsi. Amen. Vale.



Debitū vobis Sermone totiesq; pmissū

sum/tandē aliquā p̄soluo/hoc est/de virtute excōicatiōis hodie
dicendū est/qđ vt planissime intelligatis distincte p̄cedam.

Primum.

C Videndū/quid sit excōicatio ecclie/ Et quantū vis vocabu-
li valet/Excōicatio nihil aliud est q̄ p̄uatio cōmunionis/et ex-
tra cōmunionē fidelium positio / Est autē fidelium cōmunio due-
plex/Una interna et spūalis/alia externa et corpalis. Spūa-
lis est/vna fides/spes/charitas in deū. Corpalis est p̄cipua-
tio earundē sacramentorū id est signorū fidei/spei/charitatis/
que tamē vlteri⁹ extendit vsq; ad cōmunionē rerū/vsus/collo-
qui/habitationis/aliarūq; corporaliū conuersationū.

C Igitur sicut priore illa spūali cōmunionē/ nulla creatura pōt
animā vel cōmunicare/ vel excōicatam reconciliare/ nisi deus
solus. Ita non pōt cōmunionē eandē vlla creatura ei auferre/
seu eam excōicare/ nisi solus ipse homo/ per peccatū p̄prium.

C Hec sn̄ia satis patet/ qz fidem/spem/charitatē/ nulla crea-
tura pōt conferre/ vel auferre/ iuxta illud Ro. viij. Quis sepa-
bit nos a charitate dei? Et infra/ Certus sum/ qz neq; mors/
neq; vita/ neq; angeli/ neq; p̄ncipatus/ neq; virtutes/ neq; in-
stantia/ neq; futura/ neq; fortitudo/ neq; altitudo/ neq; p̄fun-
dū/ neq; alia creatura/ poterit nos separe a charitate dei/ q̄ est
in christo Jesu dño nostro. Et. j. Pe. iij. Et quis est qui vobis
noceat/ si boni emulatores fueritis.

Secundum.

C Cōsequēs ergo est/ qz excōmunicatio eccliaistica/ est dūtata
externe p̄uatio cōionis/ scz sacramentorū funeris/ sepulture pu-
blice orōnis/ deinde aliarū (vt dictū est) corpalis necessitatis
rerum et cōuersationū/ Haec em̄ sn̄ia nota est/ sic et Paulus. j.
Corin. v. scribit. Et non cōmisceant/ nec cibum sumāt cū eo/ q̄
noīatur inter eos/ fornicator/ maledicus/ ebriosus/ rapax &c.
Et. ij. 1. Cor. iij. Siquis nō obedierit verbo nostro per eplam

A ij.

hanc/notate/et non cōmisceamini cum illo/vt cōfundat̄. Sequit̄. Et nolite quasi inimicū existimare/sed corripite/vt fratrem.
C Nec si nō de excōicatione externa salua interna cōmunionē dicta sunt/fateor me non intelligere Ap̄ostolū Paulū. Et Joannes epistola secūda. Si quis venit ad vos/et non affert doctrinam hanc nolite eum in domū recipere/nec aue ei dixeritis/ Qui em̄ dicit illi aue/cōmunicatur operibus eius malignis.

Tertium.

C Excōicari/non est aniam tradi diabolo/neq̄ priuari bonis Ecclesie/cōmunibusq̄ orationib⁹ eiusdem. Hoc ex dictis abunde patet/quia manente fide spe/et charitate/manet vera cōmuniō/et participatio omnium bonorum Ecclesie.

Quartum.

C Excōmunicatio/si iusta est/significat potius/aniam esse diabolo traditam/et Ecclesie cōiōne spūali priuatam/quia fertur super eum/qui peccato mortali seipm priuauit cōiōne charitatis/et diabolo sese tradidit. Sicut econtra reconciliatio; sacramētū est et externū signū/interioris recōciliatiōis et cōiōis. Ideo verū est/q̄ excōicatio Ecclesiastica non infert sed p̄supponit aliquid quem esse in morte et pctō. i. vere excōmunicatū spiritualiter.

Quintum.

C Excōmunicatio/sic est t̄p̄alis et corp̄alis/vt tamē ordinetur non contra/sed pro cōmunionē interiore/vel reparanda/si iniuste lata fuerit/vel augenda/si iniusta fuerit. **C** Probat̄ hoc p̄ Ap̄ostolū. ij. Corin. vlt. Egam secundū potestātē quā dedit dñs mihi/non in destructionē/sed edificationem/hoc certe intelligo/q̄ non possit destruere/sed t̄m̄modo edificare per Ecclesiasticā potestātē. Nam et illum fornicariū. j. Corin. v. sic excōicauit/et Satane tradidit/vt spiritus nihilominus saluus fieret/et vt supra dictum est/Non existimandi sunt quasi inimici. Sed corrigendi vt fratres/non vt perdantur/sed vt confundant̄. Et vt auda

tinis dicam. Nec Christus/ vt homo/ hanc habuit potatem sepa-
randi animas/ sicut dicit Ioan. vi. Omne quod venit ad me non eiciam
foras. Et iterum/ Hec est voluntas eius/ qui misit me patris/ vt
omne quod dedit mihi/ non perdam. Et iterum alibi. Non venit filius
hominis perdere/ sed saluare animas. Item ad hoc est apertus quoque tex-
tus li. vi. de sen. excō. c. Cum medicinalis/ qui valde est notabi-
lis/ dicens/ Cum medicinalis sit excōicatio/ non mortalis/ discipli-
nans/ non eradicans/ dum tamen/ in quae lata fuerit/ non cōtemnat/
caute pvideat ecclesiasticus iudex/ vt in ea ferenda/ ostendat se p-
sequi/ quod corriget/ fuerit et medentis. Nec ibi/ Cur non dixit/ quod p-
dentis et occidētis fuerit/ sicut quidam desperati timent/ imo qui-
dam Officiales tyranni affectant? Igitur ecclesiastica excōicatio/
est pius et maternus ecclesie flagellus/ super corpus et res corporis impo-
situm/ quo non trudit ad infernum/ sed potius renocat/ et urget ad sa-
lutem eos/ qui ad inferna properant/ ideo cum summa exultatione/ et
reuerentia simul amplectendum/ nedum paciētissime ferendum est.

SEXTUM.

¶ Illud solum et maxime omnium curandum est/ ne excōmunicatio
tam fidele salutis ministerium/ cōtemnat/ aut impatienter feratur/
quia non modo propter potatem ecclesie/ que per seipsum semper
est metuenda. Sed etiam propter piam huius potatis operationem/ et
salutis proprie promotionem/ amanda. Sit simile/ quod mater corripit
at dilectum filium/ quatenus meritum/ quatenus imeritum. Sic constat pius
esse flagellus/ et filio salutare. Quod si ipse impatiens matris huius
discipline/ non omiserit prohibendum/ aut non fecerit iussum/ Sed
furens in matrem insurgat/ aut cōtemnat/ Ecce tum incurret
in mandatum dei/ ubi precipit parietes honorari/ et fiet/ vt ex vnica
leuiuscula disciplina/ que sine peccato/ imo cum merito erat/ sibi
conslet/ detestabilissimam culpam/ et eternam poenam. Ita et nostro se-
culo fieri (heu miseriam) videmus/ vt officiales trucidant/ nota-
rios et nuncios cedant/ mergant/ captiuent/ aliaque detestabilia
portenta committant/ quod non facerent credo/ nisi vulgata illa er-
roneaque opinione/ crederent sese per excōmunicationem/ tradi in

damnationē/ac non potius queri ad salutē. Hinc em̄ scelerib⁹
adiiciunt desperationē/nouissimū oīm/horrendissimūq; malo-
rum/Atq; haec causa fuit/vt hunc sermonē meditarer et nunc
ederem quoq;. Quāq; iuste pmittat hāc cedem in officiales de-
us vt qui hanc sniam salutis absconditā cupiunt/quo securius
tyrannidē suam falso terrore hominū stabiliant/tandem extre-
ma tyrannorū etiam patiant. ¶ Si vero populus huius ptā-
tis et excōmunicatiōis optimā necessitatē/et saluberrimā vim/
ac non cōtra eos/sed pro eis valere/doceret intelligere/minus
ipsi periculorū/et quietiorem obedientiā in populo haberent/
quin et gloriā et amorē obtinerent. ¶ Igitur/mi fratres in do-
mino/nolite hec portenta cogitare. Sint Officiales vel publi-
cani/huius ptātis/ministri/ sint inq; boni/mali/qualescūq;/non
nocebit ptās ipsa vobis/sed pderit semp/sive sit in vsu vel abu-
su/tm̄modo recte feratis eam/aut cum humilitate euadere seu
solui querite Matrē intuemī Ecclesiā. Quid ad te/ si virgam
suam sup te ponat per manū indigni? nihilomin⁹ Matris tue
dulcissime virga est? et quidē saluberrima.

Septimum.

¶ Id potius aduerte/et oculos huc verte/vt illd magis/vel
facias vel omittas/ ppter qd excōmunicaris et flagellaris/ q̄
quo mō virgā non feras/sed hui/ oīa hec puerissima sunt/nō
quid velit/sed qd faciat dūtaxat virga/ consideram⁹/ Quis est
enim nūc inter nos/ qui tanto timore/ timeat deū offendere (p
quo vtiq; solo excōmunicamur/ si iuste excōmunicamur) q̄nto
studet excōmunicationez vitare vel euadere? Ita fit/vt semper
penas/ etiam tam pias et bonas/ plus timeamus/ q̄ horren-
dissimas culpas. Et ad id/probdolor/coopantur/tam minas-
ces et imperiosi huius optime ptātis ministri/rabule forenses

Octauum.

¶ Excōmunicatio/non tm̄ p fidei contumacia/ sed pro qlibet
crimine scandaloso debet ferri/ptz hoc ex pdictis/vbi Paulus

ij. Corin. v. et. ij. Lassa. iij. iubet vitari etiā fornicarios &c. quāq̄
magna sit miseria/et hui⁹ ptātis iniuria/ q̄ p septima aut octa
ua pte floreni/ qñq̄ excōicent̄/ relictis interim horribilib⁹ et scan
dalosis criminib⁹ impunitis/ efficto ad hanc tyrannidē coloran
dam/ satis vafro cōmento / q̄ scz/ non ppter transgressiones/
sed ppter cōtumaciā excōicent̄ / quasi nō sit hoc crudele satis/
q̄ pauperem pro tantillo precio trabunt/ per tantū spaciū/ in
tantas carnificinas suas / Sed hec alias.

Nonum.

¶ Ad super oīa/ et in ijs oībus cōsiderandū est/ q̄ ptās Ecclē
cū sit Christi ptās/ licet p nostris pctis plerūq̄ tradat̄ Pilatū
Herodib⁹/ Annis et Caiphis/ violentisq̄ alijs tyrānis/ n̄m tñ
est/ eam summis semp studiis reuereri. et colere/ exēplo Christi/
qui sic Annā/ Caiphā/ Pilatū honorauit/ Ideo nec indignissi
me eiusdē abusiones/ nos debēt pmouere/ quin quicqd̄ ipsa fe
cerit/ hilariter feram⁹/ aut saltē cū reuerētia declinem⁹/ Nam tē
pus nostrū periculosissimū est/ ideo prudētissime oportet nos
agere/ ne ppter psonas/ ptātem pariter vilipendam⁹ / imo pp
ter ptātem/ etiam vilissimas psonas honorem⁹. Sic em̄ iratus
nobis dicit/ dabo pueros pncipes eorū/ et effeminati domina
bunt̄ eis. Isa. iij. Atq̄ id eo facilius efficiem⁹/ qñ cognoscim⁹/
q̄ in anie pfectū vel defectum nihil possunt nisi occasionaliter
et exercitatie/ et tentatiue (vt ita loquar) agere.

Decimum.

¶ Excōicatio iniusta nobilissimū meritū est/ ideo dulciter feren
da/ si excusatiōi tue hūiliter prestite/ locus nō fuerit datus. Sic
em̄ dices illud ps. cvij. Maledicēt illi/ & tu benedices tñ vide
ne ptātem cōtēnas/ vis ptātis pdest/ cōtempt⁹ vero tete pdet
Nam si filio (vt dixi) imerito correpto/ eo maior gratia matris
accedit/ postq̄ cognita fuerit eius innocētia patiēs/ quāto ma
gis apud deum maiorē grām consequet̄/ si patienti innocentia
etiam a matre sua Ecclia tulerit disciplinā/ imo si aduersario iu
bemur consentire/ et benigni esse in via / quāto magis dulcissu

me matri ecclesie/etiam si per indignissimos nos flagellet. Ipsa
enim manet Mater/ quia manet ecclesia/ manet autem ecclesia/ quia
manet Christus eius sponsus in eternum.

Undecimum.

C In excommunicatione iniusta summe cauendum/ ne id deserat/ omit-
tas/ facias/ dicas/ pro quo excomunicaris/ nisi id sine peccato fieri
possit. Nam iusticia et veritas/ cum sint de interiore cōione ecclesie
non debent omitti propter excommunicationem exteriorem/ etiam si ad
mortem usque procederet/ quia sic pessime omnem excomunicaret. Siquis
excommunicari timeret/ debet ergo humiliter ferre/ et mori in ex-
communicatione. Nec timere quod non accipit sacramentum Eucha-
ristie/ funeris ritum/ sepulturas etc. Nec incompatibiliter mino-
ra sunt/ quam ut iusticia propter ea prodatur. Nam qui etiam iuste ex-
comunicatus/ moritur/ non ideo damnabitur/ nisi forte non contritus/ et
cum contemptu excommunicationis moreretur. Contritio et humilitas
omnia soluit et placat/ etiam si exhumetur/ aut in aquas proieciatur.
Beatus autem et benedictus/ qui in excommunicatione iniusta mortuus
fuerit/ quia pro iusticia quam non deseruit/ etiam tanto flagello
percussus/ coronabitur in eternum.

Duodecimum.

C Monendi tamen sunt Pontifices/ et eorum ministri/ ut cen-
suras grauatum/ et quam fieri potest/ rarissime ferant. Quia cum
censura sit lex quedam/ Omnis autem lex sit virtus et occasio pec-
cati/ et sine gratia dei/ lex non impleatur/ gratiam etiam dei (id est
legis impletionem) dare ipsi non possunt. Nihil aliud faciunt/
multiplicando leges et censuras/ quam multiplicandorum pecca-
torum/ et offensionum dei causas et efficaces occasiones prestare/
quatenuslibet enim nos obedire tenemur eorum preceptis/ multa
tamen magis tamen ipsi tenentur seruire nostris infirmitatibus.

7200

QX 92314

ofa
nia


mit
eri
lie
ad
is
ra
an
no
ra
et
no
f.
is
lo

in
in
ec
st
y
y
h

(X2205343)







B.I.G.

Farbkarte #13


198 (35)

20²/1518

III, 759

E. d. III, 14.

**Sermo de virtute excoicationis Fratri
Martino Luther Augustiniano
a linguis tertius tandem
euerberatus.**



Lipsi impressit Vuolfgangus Donaceni. 1518.

al. ed. 1519. Sc. 14. 36.

16. 1518